



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

VIII. De aliis contra carnales, turpesque cogitationes remedium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40105

ret, Christianis quoq; omnibus indicit, vt pro eo Dominum precarentur, diuinamq; misericordiam exposcerent Ita porro plene eorum postulata audiit. Deus, vt Nicolaus domum reuerfus, quiddam facultatū habebat in egenos distribuere, magna que carnem suam asperitate emacerarit, toto semestri non nisi panem aridum comedens, & pauxillum aquæ bibens. Qua poenitentia expleta, ex hac vita senex emigravit, & salute donatus est æterna, vt S. Andreas, qui tunc temporis casu inde aberat, cœlitus fuit reuelatus. In præto spirituali monachus quidam tentatus, vnum de senioribus. itur adusse, petiiff. que. Quid faciam, Abba ga ferre nequeo tentationes, à quib. imperor? cui senex: At e quidem nunquam ad id genus tentationibus diuexatus fui. Quo audito monachus scandalizatus & offensus, alium de sanioribus Patrib. accessit, dixitq;. Talis se Abbas nunquam vllis cogitationibus illicitis impetum fuisse dixit: quod audiens ego, non mediocriter offensus, quasi audita re, quæ naturā humanam transcendat. Tum Pater, non sine causa, filii, vir ille Dei hæc tibi dixit: quare iterum eum adii, causamq;, cur ita tibi locutus sit, aperiet. Rediit ergo eodem Monachus dicens, ignosceas mihi, obsecro Pater, quod nuper infalutato te, nec dicto vale, tam stolidè à te recessi: rogo itaque mihi dicas, quo sic modo, vt minime oppugneris? Respondit senex, Ex quo Monachus factus sum, nunquam panem, aquam, somnum ad facietatem capii, & per hanc abstinentiam factum est, nullum vt mihi cum inhonestis cogitationibus, de quibus mecum agebas, fuerit certamen.

CAPVT VIII.

De aliis contra carnales, turpesque cogitationes remedium.

Lib. 10. Moralium 38. Remedium est Humilitas.

S. Papa Greg. nonnunquam ait tentationes inhonestas, & quod à carnalibus cogitationibus & motibus sensualibus quis exagitetur, inordinatæ vitæ prioris vestigia, & velut reliquias, nec non libertatis licen-

tia ac prauæ inueteratæ consuetudinis pœnam esse & castigationem, ac tum quidem ignem illum pristinum, non nisi lacrymis extinguendum videri lasciuam præteritam incessanter irremediabiliterque deplorando S. Bonauent. singulare quoddam in tentationibus remedium esse censet, quod quis se afflictione & labore illo dignum ducat, illam castigationem & flagellum se ob culpam & præteritam licentiam satis pmeruisse agnoscat, ipsamque magna cum humilitate & patientia suscipiat, cum fratrib. 'os ph dicendo. Merito hac patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum Hoc Gen. 42. 21. quippe modo, inquit, Bonauent. & citius placabitur Deus, & tentatio ei non nisi in bonum, & prouentum spiritus, conuertetur. Dum enim quis se castigatione & flagello immisso dignum æstimat, solent piissima illa & aff. ctuosissima Dei elementissimi viscera mire ad misericordiam prouocari. Vnde etiam legimus filios Israel castigatos hoc identidem medium vsurpare consueuisse, vt sic Deum cœli ad misericordiam faciendam excitarent, sibi que propitium redderet. Medium apprime ad diuinam gratiam & opem impetrandam, victoriam de aduersariis nostris in omnibus tentamentis, ac specialiter in his referendam, illisque debellatis triumphum agendum, efficax est, si nobis ipsis plane diffidentes, omnem in Deo fiduciam ponamus. De qua re & alio in loco egimus pluribus, & postea, vbi de Dei timore, dicendi locus erit, acturi sumus. Hoc tantum in præsens dixisse sufficiat, humilitatem singulare esse contra omnigenas tentationes remedium. Notissimum porro est, quid B. Antonio, quoad hoc, cœlitus fuerit responsum. Cum enim is in spiritu mundum laqueis & pedicis plenissimum cerne- ret, exclamauit cum lacrymis. Quis Domino effugiet? Vox autem ad eum facta, dice- ens Humilis, Esto igitur tu humilis, & ab hisce te laqueis & tentationibus Dominus eripiet, Custodiens paruulos Dominus, humiliatus sum & liberatus me. Summi quidem montes fluminis telis & tempe- statibus impetuntur, arbores procerior- ret à

Process. 4.
relig. 6. 13.

Gen. 42. 21

Dan 3. 28.

Dan. 5.

p. 2. tract. 3.
c. 35. 6. tra.
4. c. 15.

Psal. 114. 6.

res à ventis conuelluntur, sed arundines, virgulta & plantæ humiles, quæ se submittunt, incuruantur, & hanc illamve in partem inflectuntur, ac cedunt, post tempestates & ventorum turbines infracta perdurant.

Bonum salutare, & fructuosum cum primis erit si ex his ipsis inhonestis tentationibus, sui humiliandi, suumque nihil agnoscendi occasione homo sumat, cū talia mente reuoluere & cogitare videt, dicat, v.g. vides hinc Doni re, quis ego sim, quid ex hoc sterquilinio & cloaca, quam id genus fœtores, sperandum erat? Quid ex hac terra, cui maledixisti aliud, quā tribuli, yepres & spinæ? talem se, ex se illa fructū dare potis est, nisi à te, Domine, fuerit excaudicata Tentationes ergo hæc, & malæ inclinationes quas habemus, bona nobis humiliationis sunt occasio, si n. vestes viliores & contempnibiles mire ad cōprimendam superbiam, vti docent sancti Patres, cōferunt, quando ad ipsum potentiores & efficaciores sunt tam viles & spurcæ cogitationes, quæ nobis & imaginationi nostræ cōtinenter obuersionant? H. n. c. B. F.

1. par. Chro
nic Frāns.
lib 7. c. 7.

Ægidius, carnem nostram esse dicebat, eum porcum immundū auidissimè & lapidissimè ad lutum & volutabrum, accurrentem, eoq; se immergere gaudentē, vel ad instar scarabæi, cuius vita & voluptas est in fœtido stercore volutari. Hæc nobis consideratio in primis auxilio erit, ne ab hisce nos cogitationibus transfuersum abripi pariamur.

Atq; adeo generaliter, in quacunq; tentatione consultissimum est hominem nō curare, ac parui facere id, ad quod tentatur, sed quā primum ad seipsum reflexione facta, sese humiliare ac dicere, Tamne ego scelestus & improbus sum, vt talia cogitatione voluam & agitem? Hoc pacto namq; & omnis tentationis vis eliditur, & dæmō cōfunditur. Non mediocriter quoque cōfert, si quis se ob tentationem, spurcæ cogitationes, & motus sibi oborientes, cōfundat, perinde ac si mera sua illi culpa obuentionem, esto nimis, quam pcul ab cōsensu in eisdem absit. Insanit qui ppe, scendit & ringitur præ dolore diabolus, tantā hu-

ilitatem videns, quia ipse superbissimus est, hinc illam ferre nequit. Nullā vero probrosiorem infringere illi alā potest, nec cōuenientius, vt a te quam longissime fugiat, mediū vsurpare, quam dum in te videt fructum & compendium animi elicere, vnde illius ipse perniciem & exitum educere procurabat. Vt ac eam, hac hominem ratione nimis quam satis ostendere, quam à Dei sui offendendi voluntate sic remotus, quod ipsum magnæ satisfactionis & securitatis concipiendæ occasio est.

Sæpe quoque conduceat ipsi dæmoni insultare cōtumeliose exprobare, eumque confundere dicendo, v.g. Apage hinc immunde spiritus pudeat te scelestè, valde spurcus & fordidus sis oportet, quod tam turpia mihi in memoriam reducas, ac mente repræsentes. Quoniam igitur tanta superbia est, hinc tum despicitur, ridetur, & prout reuera meretur probrose habetur, prorsus id ferre nequit ac fugit.

Dacius Episcopus Mediolanensis (vt scribit Greg.) Constantinopolin petens, cum Corinthi nullam ad quam diuerteret domum reperire posset præter desertam & inhabitatam, quod lemures & tetra dæmonum spectra eam ab annis plurimis incolere & infestare dicerentur, haud inuitus eam cum suis ingressus est. Ecce vero nocte media cum vir sanctus requiesceret, diaboli pro more horrificum ciere strepitum, diuersarū oestiarū voces imitando, nam balare vt oues, rugire vt leones, porcorum instar grunnire, & serpentium ritu sibillare cæperunt. Ad incōditum hunc strepitum Dacius excitatur, & dæmones stomachabundè subfānans, quam, inquit, belle hoc vobis cecidit quam è vestro hoc apparatu egregiam scilicet laudem retulisti? Altissimo quidem voluitis esse similes, sed facti estis bestia, dracones, & serpentes, quare optime repræsentatis id, quod reuera estis. Quibus verbis ita consulti sunt dæmones, vt teste Diuo Gregorio, protinus disparuerint, nec amplius exinde ad domum illam reuersi sint, sed ab quibuscunq; posthac eadem incoli tuto potuerit. S. Anthonius, vt de eo D. Athanasius commemorat, cum maiorem in mo-

9 Remed
dæmonum
insultare &
confundere

lib 3 Dial
4

Phil. 2. 1.
Timor
ad castit
tem & G
nam D
uiferu
dam pla
num S
let.
Serm 5
Gauric.

Pro 2

Pro 1

in modum ab impuris tentationibus di-
uexaretur, quadam die subito dilapsus est,
ante pedes eius arer quidam puer, specie
horrenda & tetra, qui per multis se expu-
gnasse gloriatus, ab illo solo victum deri-
sumque querebatur: petiit ex eo Anto-
nius, quisnam esset? Ego sum, inquit, spiri-
tus fornicationis. Hoc audito, parum te
in posterum, respondit Antonius, curato
vel timebo, cum tam vile quid sis & despe-
ctibile. Atque hæc dicentis ilico visio illa
ab oculis euanuit. Sic & Redemptor I E-
S V S in Evangelio spiritum fornicationis
immundum vocat. *Cum immundus spiri-
tus exierit ab homine.* Hoc ergo modo nos
Diabolum confundere, & ei insultare pos-
sumus, eum, prout reuera meretur, tra-
ctando ac deridendo. Quod ipsum interdum
etiam irrisorio, ac sarcasmo gestu,
vt nullum ei verbum loquendo, ceu cum
eo ratiocinando, fieri potest.

transilis & confidit, atque ideo non raro im-
pingit. Qui pretiosum aliquem liquorem
subtilissimo tenerissimoque vestro conten-
tum per ea gestat loca, in quibus magna ho-
minum multitudo, eundo redeundoque,
concurrat, quæque à vehementibus Ven-
torum flatibus & tempestatibus perflan-
tur, nisi vitri sui & norit & timeat fragili-
tatem non qua par est circumspectione,
ipsum deferret, itaque, haud ægre id fran-
getur, & liquor quem gestat, in terram ef-
fundetur. At qui probe nouit, quam vi-
trum fragile sit, ac metuit, ne ipsum ali-
quo casu rumpatur, caute ipsum custodit,
& considerate ac sollicitè defert, ac proin-
de securus incedit. Eodem prorsus modo
contingit quippe & pretiosissimum gratiæ
ac donorum Dei liquorem & thesaurum
in lateis, fragilibusque vt ait Apostolus, va-
sis continemus; quæ facili collisione fran-
gi possunt, & ita omnis liquor effundi &
disperire. Ad hæc, in loco plurimorum va-
lidorumque ventorum ac tempestatum
turbibus, nec non casibus, impulsibus, &
periculis variis obnoxio incedimus. Hinc,
qui hanc eorum fragilitatem & imbecilli-
tatem non satis norunt imo nec timent,
falsa quadam ac mendaci inseguitate
viuet, sicque quæ haud difficulter per-
eunt: at qui perspectam eam habent ac me-
tuunt, valde circumspecte cauteque ince-
dunt, vt seipsi conferuent, proinde ma-
iori in securitate degunt: ac si quæ hac in
vita ab homine haberi certitudo ac secu-
ritas potest, hanc illos habere constat.

Vnde factum puras, inquit, S. Bernardus,
vt nonnulli, qui in flore ætatis & iuuentu-
te, tametsi assiduus grauibulque carnis ten-
tationibus pulsati, castimoniam integram
seruarunt iam in senio & ætate decrepita,
in ea misere prolapsi sunt probra & dede-
cora, vt se ipsi mirarentur? Causa vnica hu-
ius rei fuit, quod in iuuentute, sancto quo-
dã in timore & humilitate viuerent, cum-
que se in præsentissimo impingendi peri-
culo, ac velut in præcipitij crepidine agere
viderent, quam primū Dei Opt. Max. opem
implorarent, quam etiam mox præopin-
quam experiebantur: At postea quam di-
S uia

CAPVT IX.

De timore Dei.

Phil. 2. 12. **C**UM metu & tremore, inquit, Aposto-
lus, salutem vestram operamini. Nihil
est ad castitatem tuendam, ac generaliter
ad gratiam Dei conferuandam potentius
& efficacius, quam vbique & semper san-
ctum quandam timorem, metum & cau-
telam præferre, cum nobis ipsis diffidendo,
tum ad DEVM recurrendo, omnemque
fiduciam nostram in eo reponendo. Osten-
dit id S. Bernardus in hunc modum scri-
bens. *In veritate didici, nihil aque efficax
esse ad gratiam Dei promerendam, reti-
nendam, & recuperandam, si amissa sit,
quam si omni tempore coram Deo inuenia-
ris, non alium sapere sed timere. secundum
ihud Salamonū, Beatus homo qui semper
est pauidus.* Et è diuerso vnum ex iis, quæ
illustres etiam Sanctos ad graues ruinas, &
deplorabiles lapsus perduxerunt, est nimis
sui ipsius fiducia, exiguus timor, & parua
circa seipsum circumspectio. *Sapiens enim
timet & declinat à malo. Stultus audacter
Rodriquez exercit. part. 3.*

Phil. 2. 12.
Timor Dei
ad castita-
tem & gra-
tiam Dei
conferuan-
dam pluri-
mum & a-
liis.

Phil. 2. 12.

Phil. 2. 12.